

Q. F. F. S.  
UT SE DICTUROS,  
CUM ANNEXA VALEDICTIONE,  
DE

# RERUM HUMANA- NARUM MUTATIO- NIBUS,

AD DIEM XXX. SEPTEMBR. HORA II. POMERIDIAN.  
IN ÆDIBUS PATRIIS

BENIVOLI FAVENTESq; AUSCULTARE  
DIGNENTUR,

OMNES STUDIORUM SUORUM  
PATRONOS ATQVE FAUTORES,

CÆTEROSq; REIPUBL. LITERARIÆ  
PROCERES AC CIVES,

EA, QVA PAR EST,  
OBSERVANTIA atq; HUMANITATE  
INVITANT

JULIUS HEINRICUS }  
ET } SCHVWARZII,  
BENJAMIN HEINRICUS } FRATRES GERMANI,  
DRESDENSES,

IN ACADEMIAM LIPSIENSEM  
PROXIME CONCESSURI,  
INTERPRETE

PAULO HEINRICO Schwartz/  
LEISNIGA-MISNIC.

SCHWARZIANÆ JUVENTUTIS HACTENUS INFORMATORB.

DRESDÆ,  
TYPIS JOHANNIS RIEDELI, M DCLXXXIX.



Pl. II Schwarzii, Archi



L. B. S.



J. G. M.  
Dresd.

**L**EVI, sicut vulgò ajunt, penicillo, superiori tempore adumbravimus vices, quas naturalia subire in solenni habent, expositis insimul mutationibus, quæ in res mortalium cadere gestiunt. Eadem dissertatione scholasticâ persequeremur adducti instituto cujusdam nostris discipuli, juvenis spei amplissimæ, hodiè lustri dimidium, & quod excurrit, inter cives Academiæ Lipsiensis, sicut decet ingenium, non sine laude versati, cujus sermo valedictorius in simili occupabatur argumento. Jam cum denuò bini è discipulis, qui ex institutione pependerunt nostrâ, proximè huc eodem concessuri sint, quibus consilium illa commilitonis pridem sui vestigia legendi, animus est iter semel cœptum pergere, explicando ulterius, quàm obnoxia quæcunq; humana mutationibus deprehendantur. Nihil inter hæc æternum est aut stabile, paucaq; perennare solent diutius. Admixtos habent quævis voluptates dolores suos, ut proindè nihil sit ab omni parte beatum: ne vel insolentiùs se gerere, vel securè nimis vitam transigere, vel suum, eo non, quo par est, cultu ac religione venerari Dominum ac conservatorem, ferox sæpè possit ac infractus mortalium genius. A nobis stabit linguæ atq; elegantia Latinæ Princeps, Plautus in-

Plaut. Amphit. Act. 2.  
sc. 2.  
Id. ibid.

Lucret. l. 4.

quam, fidem faciens his verbis: Ita Dîs placitum, voluptati ut mœror comes consequatur. Mox sic audias loquentem: In hominum ætate multa eveniunt hujusmodi: capiunt voluptates, mox rursus miseras, iræ interveniunt, redeunt rursus in gratiam. Accinit sublimis Poëta

Lucretius: *— — — medio de fonte leporum.*  
*Surgit amari aliquid, quod in ipsis floribus angat.*

Valer. Max.  
lib. 6, c. ult.

Scilicet sicut flammæ & ignis novissima fumus opprimit & caligo: ita in lætitiæ vicem succedere tristitia impensè gaudent. Lex eadem mutationum, eademq; consuetudo abit etiam in bona, quæ fortunæ suum debent nomen. Quàm caduca atq; fluxa res sint opes, ita clarum, itaq; exploratum est, ut frustra sit, qui testium voces in dubium vocaverit. Ad rem & appositè Valerius Maximus, scriptor facta dictaq; memoratu digna, stylo gravissimo complectens. Caduca, inquit, & fragilia, puerilibusq; consentanea crepundiis sunt ista, quæ vires atq; opes humanæ vocantur. Affluunt subitò, repentè dilabuntur, nullo in loco, nullâ in personâ stabilibus nixa radicibus consistunt, ac incertissimo flatu fortunæ huc atq; illuc acta, quos in sublime extulerunt, improvise recursum destitutos, in profundo cladum miserabiliter immergunt. Itaq; neq; debent existimari, neq; dici bona, quæ inflictorum malorum amaritudinem desiderio sui duplicant. Pulchrè, quæ incertitudo sit sortis humanæ,

næ, atq; adeò dignitatum honorumqve, Sabellicus exprimit, inqviens:  
 Sapienter fecisse videri possunt, qvi fortunam volucram, cœcam, vari-  
 amq; finxere, nihil certè hâc unâ (si quid illa est) inconstantius, nihil ma-  
 gis variabile: nunc blanda & indulgens, nunc sæva & infesta, nec ullis in-  
 festius irascitur, quàm quos indulgentissimè fovit: fitq; ex matre subitò  
 noverca, ex novercâ mater. Ne hæc obscura & nuda videantur sine ex-  
 emplorum appositione, contemplationi nostræ subjiciemus fortunam  
 magnorum quorundam hominum, quos terrestria illa Numina, sum-  
 mos putà Principes, in sinu atqve complexu suo fovisse, manifestum est.  
 E sacris prodeat Hamanus, qvi proximus fuit ab Ahasvero, [qvo nomi-  
 ne pleriqve Xerxem circumferunt, Regem Persarum quàm potentissi-  
 mum,] sed ob insolentiam fastumqve ingenti illo honorum fastigio de-  
 pulsus, vitam tragicâ clausit catastrophe. Idem expertus est fatum Se-  
 janus, quem magis apud Tiberium Imperatorem, socii partes in impe-  
 rio sustinuisse constat, quàm ministri. Inter recentiora quem fugit, in  
 quo gratiæ gradu constiterit apud Ludovicum XIII. Galliarum Regem  
 Ancreus ille? Ast nec hic à fortis varietate immunis fuit, cæde tandem  
 miserandâ è vivis sublatus. Tantam fortunæ inconstantiam & mutabi-  
 litatem intuentes aliqui, non immeritò admiratione capiuntur summæ  
 illius felicitatis, quâ raro admodum in aulis exemplo usus est Antonius  
 Perenottus, Nicolai filius, Dominus Granvellæ, Episcopus Atrebatensis.  
 Is & apud Carolum V. & apud filium ejusdem Philippum II. in præcipuo  
 gratiæ loco eminuit, quâ cum unicâ tantum vice excidisset, ab eo casu,  
 tanquam à quiete repetito ad favorem cursu, longius quàm ante proces-  
 sit. Cui verò rei illam, quæ obtinet inter res humanas, vicissitudinem  
 conferamus? Nihil penè propius ad eandem accedit maris naturâ, quod  
 nunc æstuat, nunc mite est; nunc tranquillum, nunc tempestatibus re-  
 boat, idqve censurâ Scriptoris inter veteres laudatissimi, & virtutum stu-  
 dio ferè Christiani, Senecæ. Si velis, ait, credere altiùs veritatem intuen-  
 tibus, omnis vita supplicium est. In hoc profundum inquietumqve  
 projecti mare alternis æstibus reciprocum, & modò allevans nos subje-  
 ctis incrementis, modò majoribus damnis deserens, assidueqve jactans,  
 nunquam stabili consistimus loco, pendemus & fluctuamur, & alter in  
 alterum illidimur, & aliquando naufragium facimus: semper timemus  
 in hoc tam procelloso & in omnes tempestates exposito mari. Quid de  
 belli pacisqve alternatione commemorabimus, quorum alterutro uni-  
 versum genus hominum suam transigit ætatem? Non perpetuâ certè  
 pace frui datum est terrarum orbi, bella sæpius armis agitata sunt funestis,  
 & etiamnum agitantur, sive fato quodam adgubernante, sive aliis de  
 causis, quas non imprudenter alii ad Principum referunt luxuriam, po-  
 puliqve impietatem. His ex merito accenseri potest Principum quo-  
 rundam ambitio & insolentia, ut & insatiabilis habendi cupiditas, quâ  
 ducti vicinos bello aggrediuntur, quos hoc ipso vel infirmos esse  
 cupiunt. Indè graviter ineunte seculo superiore, bello exercebatur Il-  
 lustris

Sabellic. de  
 subitâ mu-  
 tat. fortu-  
 næ lib. 7. c.  
 8.

Esther. c. 3.  
 seqv.

Tacitus  
 passim lib.  
 3. 4. Annal.  
 Gramond.  
 Hist. lib. 2.

Strada lib.  
 2. decad. 1.

Seneca lib.  
 de Brevita-  
 te vitæ hu-  
 man.

Francisc.  
Gvicciar-  
dinus Lib.  
8. Histor.

FK 77 12/12  
lustris Venetorum Respublica, conspirantibus summis Monarchis, cum sub Duce Leonhardo Lauredano eximias potentiae vires consecuta esse videretur. Tandem supplex facta Imperat. Maximil. I. tributumque; pacta annuatim solvendum, pacem recuperavit, omni cesso continentis imperio. Non eundem quoque; statum alia insuper obtinent, quae humanis rebus annumerantur. Oriri familias atque; interire, aut certe plurimum obscuras reddi, bene vetus quverimonia est. Nulla vero res crebrioribus subjacet mutationibus, quam regna. Tenuere quondam Assyrii summum orbis imperium, sed ab his, cum jam quingenti praeterfluxissent anni, ad Medos translatum est Persasque; hinc idem Graecia sortita fuit, indeque; Romani evaserunt rerum Domini. Neque penes populum Romanum solum majestas illa stetit imperii; ad exteras non minus gentes, & Germanos quoque nostros tandem pervenit. Quod vero istiusmodi mutationibus certisque; periodis regna quaelibet submissa sint, non ad numeros quosdam & annorum calculos, cum Platone & Pythagoraeis, quorum ille doctrinam amplexus fuerat, temerario sane conatu referre licebit. Quamvis haut inficias eamus, tacite quid inesse numeris, cum & DEUS ipse aliquam numerorum rationem habuisse in sacris legatur. Tutius itaque fuerit dixisse, mores hominum, & vel pios, vel impios civium animos transformare regna, quibus adjungenda inscrutabilis illa fatorum vis, quae caeleste Numen rebus terrenis immittere solet.

Seneca in  
Octav.  
Act. 5.

*Regitur fatis mortale genus,  
Nec sibi quisquam spondere potest  
Firmum & stabile.*

Illud ipsum, quam instabiles sint atque mutabiles res humanae, cum secum expenderent juvenes praestantissimi,

*Julius Henricus & } Schwarzii,  
Benjamin Henricus } fratres germani,  
Dresdenses,*

nostri haecenus discipuli; de RERUM HUMANARUM MUTATIONIBUS dicere apud animum statuerunt, antequam Academiam Lipsiensem salutarent. Ut igitur Musarum nostrarum Patroni Fautoresque; maxime conspicui, caeterique; literarum cultores, dilatis in exiguum curis negotiisque; gravioribus, castino die, hora 2. pomerid. in plateam Pirnensem ad Schvvarzianas aedes confluere haut graventur, valedicturis aures locaturi benevolas, majorem in modum petimus contendimusque;. Affectum hunc discedentium parens, Vir Nobiliss. Amplissimusque;. DN. HEINRICUS Schwarz / Sereniss. Electori Sax. in redituum provincialium negotio a Commentariis, grate aestimabit; nos vero pro eodem & summae observantiae, & gratissimi animi officiosa studia nunquam non debere, ingenuè fatebimur. P.P. Dresdae, propudie calendarum Octobris, ipso Michaelis Arch-Angeli festo, A. R. S.

M. DC. LXXXIX.



DTT

MO



CUM ANIMA MIO



J. G. M. Dresd.

Plaut. Amphit. Act. 2. sc. 2. Id. ibid.

Lucret. l. 4.

Valer. Max. lib. 6. c. ult.

simæ, hodiè luf  
 pfiensis, sicut de  
 dictorius in sin  
 scipulis, qvi ex i  
 cessuri sint, qv  
 gendi, animuse  
 obnoxia qvæcu  
 ter hæc æternu  
 mixtos habent  
 mni parte beat  
 transfigere, vel s  
 minum ac cons  
 nius. A nobi  
 quam, fidem  
 comes consequ  
 multa eveniun  
 iræ interveniun  
**Lucretius :**  
 Scilicet sicut fla  
 lætitiæ vicem s  
 um, eademo  
 bent nomen.  
 ploratum est, t  
 rem & apposit  
 gna, stylo grav  
 busq; consenta  
 cantur. Afflu  
 sonâ stabilibus nixa radicibus contitunt, ac incertissimo flatu fortu  
 næ huc atq; illuc acta, qvos in sublime extulerunt, improvise recursu de  
 stitutos, in profundo cladium miserabiliter immergunt. Itaq; neq; de  
 bent existimari, neq; dici bona, qvæ inflictorum malorum amaritudi  
 nem desiderio sui duplicant. Pulchrè, qvæ incertitudo sit sortis huma  
 næ,



at, penicillo, supe  
 us vices, qvas naturalia  
 positis infimul mutationi  
 cadere gestiunt. Eadem  
 eqvebamur adducti insti  
 poli, juvenis spei amplis  
 inter cives Academiæ Li  
 versati, cujus sermo vale  
 Jam cum denuò bini è di  
 proximè huc eodem con  
 nis pridem sui vestigia le  
 explicando ulterius, qvam  
 prehendantur. Nihil in  
 nare solent diutius. Ad  
 ut proindè nihil sit ab o  
 re, vel securè nimis vitam  
 ac religione venerari Do  
 infrunitus mortalium ge  
 tinæ Princeps, Plautus in  
 tum, voluptati ut moeror  
 em: In hominum ætate  
 es, mox rursus miserias,  
 Accinit sublimis Poëta  
*de fonte leporum*  
*ipsis floribus angat.*  
 opprimit & caligo: ita in  
 t. Lex eadem mutatio  
 na, qvæ fortunæ suum de  
 opes, ita clarum, itaq; ex  
 n dubium vocaverit. Ad  
 cta dictaq; memoratu di  
 inquit, & fragilia, puerili  
 res atq; opes humanæ vo  
 nullo in loco, nullâ in per  
 sonæ,

na  
 Sa  
 an  
 g  
 fa  
 n  
 e  
 n  
 n  
 E  
 n  
 r  
 P  
 J  
 r